

Joachim Stockmann Henricus Starcke

Auspice Trina-Monade ... Disputatio Medicophysica De Somno, Nykte-Gepsia, Ecstasi Et Ephialte

Rostochii: Pedanus, 1625

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729702766>

Druck Freier  Zugang



R. U. med 1625

Joachim Stockman, Præf.

Heinrich Marche, Resp.

Auspice

TRINA-MONADE

ὑγιαίνουσα καὶ ματαίωτος

profatrice

DISPUTATIO MEDICOPHYSICA

De

SOMNO, NYKTE-
ΓΕΡΣΙΑ, ECSTASII ET
EPHIALTE,

Quam

præmisso consensu Senatus Asclepiadei in illustri rosarum

Universitate

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi, excellentissimi & experientissimi Viri,

DN. JOACHIMISTOC-
MANNI, Philos. & Medic. D. inq; Rosur-
bina nostra Physic. Profess. P. Dn. Præceptoris &
Favitoris sui colendissimi,

Publico exponit conscripti

HEINRICUS STARCKE,

Hervurd. Westph.

In Archeo majori add. 20. August.

horis matutinis.

R O S T O C H I I

Typis Joachimi Pedani, Acad. Typogr.

Anno M. DC. XXV.

26
1625



*Reverendo, Clariss., Excellentiss., Magnificis
& literatissimis Viris,*

DN. POLYCARPO LYSERO, SS.

Theologiæ D. & Ecclesiasticæ vineæ, quæ Lipsiæ ad D. Thom.
palmites agit, pastinatori primario, inq; eadem Acad.
Professori celeberrimo.

DN. MARCO TANCKEN, Reipub.

Rhodopolitanæ Consuli Seniori.

DN. JOANNI LAUTERMANNO,

ejusdem Politicæ Conf. prudentissimo.

NEC NON

Amplissimis & sagacissimis Viris,

DN. HERMANNO PAPKEN,

DN. CUNRADO FURSTENOVIO,

DN. JOANNI MASIO,

Senatoribus Reip. Rostochiensis prudentissimis.

ET

JOANNI Krüwel/ Senatori Reipub. Her-
vordiensis, avunculo suo maxime colendo.

PETRO Schulzen/ Pharmacopæo Rosto-
chiensi peritissimo.

D. Mecenatibus, Energetis, Hospiti, Favi-
toribus, & Cognato omni observantia
suspiciendis

hanc ἀσκησιν in gratitudinis tesseram

D.-D.-C.-O.

Heinricus Starcke.

A. & R.



THEMA PRIMUM.

I.



Ontignationem cœlestis machinæ Dædalæo hu-
mani corporis artificio eleganter congruere, mu-
tuumque admirabilis illius convenientiæ conju-
gium & fœdus esse, nemo, nisi qui ὁμόψηφον ve-
nerandæ antiquitatis auctoritatem evertere ge-
stiat, inficiabitur. Ne quid enim de Saturno, Jo-
ve, Marte, Sole, Mercurio, Venere dicam, quo-
modo lienem, epar, cystin, fellis, cor, genitalia, pulmones & cere-
brum respicere dicantur. Vide sis rubras oculorum suffusiones, &
fulguris, crepitantes ructus, & tonitruï, aurium tinnitus, & vento-
rum, coagulati sputi, & grandinis imago elucefer.

II. Quæ concinna *microcosmi* cum *macrocosmo* congruentia no-
bis calcaria subdidit, ut nobilissimæ *Δισκρέσιως* de sensuum non
ignobili adfectu *somno* viridarium ingrederemur, flosculosq; , qui
fragrantia necitare jucundi essent, cum meliore Deo decerperemus,
præsertim cum pluvia generationem in majori mundi systemate so-
mni generationi non planè absimilem, & nobiliorem τῆς ὑπνολο-
γίας doctrinam non solum cuius acceptam, sed & utilem sciuvique
necessariam, de qua præsens hæc συζήσις institueretur, censuimus.

III. Sicut enim in imbrium generationibus, teste summo natu-
rae genio Arist. c. 3. l. de som. & vig., vi caloris solaris sublevante,
vapores ad frigidiorē mediū aëris regionem delati frigore adju-
vante coguntur & recidunt: ita vapor ad cerebri palatium viam af-
fectans, ejus frigiditate coactus ad prius ingenium revertens ner-
vorum radices aucto pondere gravat, & sic somnum conciliat.

IV. Cor enim, illiq; viciniore partes, sunt veluti infimus aëris
districtus à reflexis radiis solaribus ἐν οἰκτιρῶνι calefactus: cibus in
ventriculo & humores, ut corpus aqueum in universo, cerebrum
verò animalis ut media aëris regio: itaq; ceu *virtute cœlestis caloris*

A 2

ab infe-

ab inferioribus partibus aëris vapor usq; ad medium aërem sustollitur: ob cuius frigus concrefcit, in nubis consistentiam densatur, demumq; in pluviam stillat: haud aliter ab assumpto alimento & humoribus per cordis & præcordiorum calorem sublevarur vapor usq; ad cerebri palatium, cuius frigore concrefcit, concretus canales nervorum imbuir, & ita toti corpori somnum inducit.

V. Est autem somnus toti corpori perquam necessarius, non quidem omnino, sed ex finis suppositione, si naturam suam sequi, homoq; servari debeat: Arist. c. 2. lib. de Som. & Vig. Quis enim Andabatarum perpetuam sensuum agitationem commodè fieri posse assereret, cum spiritus disperditi fuerint? ideoq; necesse est, agitationis vigorem prolabi, nisi quies, quâ quod effluxit reparetur, sufficiatur.

VI. Cum verò somnus sit vigilia posterior: cuiusq; autem convenit posterius, ei & prius convenire necesse est. relegatis ambagiosis & phaleratis aurium lenociniis, veritatis flagellis, habitum privationi præmittemus.

VII. Vigilia est actus (solutus) tam sensuum internorum & externorum, quàm appetitus & locomotivæ, quem calor & spiritus in membra effusus procreat.

VIII. Proxima vig. causa in definit. fuit declarata: remota, propter animam sensitivam, est duplex, vel stimulans, vel obediens: illa est bonum aliquod, vel persequendum, vel malum, à quo declinandum: hæc, ut cerebrum, reliquæq; functionibus exercendis aptæ partes.

IX. Finis ejus est vel generalis, ut nimirum sensus externi cum internis ob coctionis perfectionem, meatuumq; reclusionem non quiescant, sed operationibus, animali spiritu nervis subministrato, vacent: vel specialis, cuiq; sensui conveniens, ut perfectissimè actiones suo officio congruentes edere possit.

X. Somnus est intermissio seu quies naturalis functionum sensus communis, omniumq; exteriorum, nec non locomotivæ orta à nativi caloris ad internarevocatione, spirituumq; animalium cohibitione, ut salus animantium virium restauratione conservetur.

XI. Definitum Latinum nostra explicatione non indiget: Heladi dicitur ὑπνός q. λύπης h. e. λύων μελεδήματα θυμῶ. Sumitur autem vox somni vel conjunctivæ, cum non solum omnes exteriores

riores ligantur sensus, sed & locomotiva vincitur, aded ut recte somnus à Poëtarum aquila consanguineus lethi indigiterur, recteque Arist. 5. de gener. anim. cap. 1. μεθόριον τὸ ζῆν καὶ τεθνάσαι ὑπνον vocitet: *vel disjunctivè*, in quo aliqui falem sensus feriantur, aliqui functionum mania exequantur: quo sensu noctambuli dicuntur somno indulgere, cum tamen auditu, nec non tactu, imò sapius visu & locomotrice facultate præditi passim discursitent.

XII. Legitimum genus statuimus *intermissionem*, quia ὄσων ἐργονία καὶ φύσιν ὄσιν, ὅταν παρεβάλλῃ τὴν κερνον ἐν ὄσῳ δύναται τεπεῖν, ἀνάγκη ἀδυνατεῖν: ἀξίωμα est Philof. libr. de som. & vigil. cap. 1. At brachia, manus, pedes &c. sunt Talia, quorum exacto tempore vires remitti, quæq; de sensuum solutione ad eorundem ligamen procedere necesse est (2.) *cui contingit vigilare, illi & contingit dormire*; quia uno eodemq; tempore utriq; vacare nequit: & contrâ: quia dormitio posterior est, vigilatio prior: neq; hic ququam pervigil ille Draco, aureum, ut ludit Poëtarum genius, vellus custodire dictus: aut insomnis serpens aurea mala Hesperidum perdius & pernox asservans à veritatis calle dimoveat: nam hæc non pro veritate stabilienda, sed poëtico more ad aliud designandum fuere efficta.

XIII. Neq; serpentes in India credendi esse videntur, qui nunquam, ut Plinius memoriæ tradidit, soporentur: sed aut breves illorum sunt somni, aut in abstruscavernis delitescunt, cum somno indulgent: ut fortassis à rudioribus creditum sit, illos non dormitare, quia somnus eorum illis non fuit observatus.

XIV. Imò *vigilare* nihil aliud est, quam liberè actiones sensuum exercere: est itaq; *dormire* cessare ab ejusmodi sensuum exteriori usu: & *dormitatio* vi conseq. erit cessatio: *non totalis, sed partialis*, quia non omnis spirituum influxus per nervos impeditur, ut ex respirationis & motus functionibus constat: qui enim si dormientem intensore voce acclamites, ille vocem percipere posset, nisi anima appulsu soni & auditoriæ imaginis ad audiendi actum concurreret, somno se abdicaret, primoq; quasi per nebulam susurum perciperet, quem cum mox clarius assequitur, vi expultrice in organum majorem spirituum copiam mittit, qua illustrati nervorum

canales referantur? unde dormiens relicto somni statu ad vigiliam redit.

XV. Interim tamen à nemine temperatiore cerebro fruiscente negari potest, nonnullos homines in tam gravem veternum incidere, ut per objecta externorum sensuum vix arte, ut refert Horstius, excitari possint, interioribus quoq; sensibus nulla visibilia spectra percipiant aut dijudicent: ideo ligamen sensuum non uno eodemq; modo affectum est, nam

Sopor ille gravissimus extat,
Quem satur, aut lassus capias, quia corpus onustum
Hesternis vitis animum quoque prægravat unâ,
Atq; affigit humi divinæ particulam auræ,
Ceu ludit Venusina chelys.

XVI. Restrictio additur in definitione generi, quâ latitudo generis veluti castigata cohibetur, ne ultra septa divagetur: est quidē somnus *dictorum sensuum cessatio, sed non omnis sensuum cessatio est somnus*, ut sunt Amentia, animi defectiones, furor, &c. in quibus est imbecillitas sensuum; nec etiam pro somno habendum, si suppressis colli carotidibus & venis, laqueoq; interceptis partibus in hominibus ex tribu furum oriundis sensuum fiat ligatio, *quia cum primus sensus, quo omnia sentire contingit, impotentior factus est, adest somnus: non aliorum ullo impotente factio*: explanant summo peccatoris naturæ indagatore lib. de S. & V, cap. 2.

XVII. Principaliter & per se somnus refertur ad sensum communem seu *πρωτον ενδνησον*, quod *primario* per somnum afficitur, externi *secundario*, quia hi dependent ab illo, quorum respectu sensus communis se habet instar centri, in quo ceu omnes lineæ per circumferentiam eductæ concurrunt; haud secus omnium sensuum exteriorum objecta in nobilissimo sensus communis atrio conveniunt: & ut centrum non est amplius punctum, ait Dunc. c. 13. l. 2, pag. 160. ubi à medio discedit, sed linea: ita sensus communis ut à centro exit ad organa visus, auditus &c. non amplius est sensus communis, sed visus & auditus: hujus itaq; non plenaria destructione, ceu cæcitas est visus privatio, sed impedito saltem usu sensuum, accidit vacatio. Ergo quietis causa non in sensibus externis, sed in sensu communi est primò quærenda.

XVIII.

XVIII. Quamvis autem *in somno sensus communis ligetur*, arcum reliqui interiores sensus inde nequaquam evincientur: hi enim quiescere dicuntur, quatenus, ut ait Magirus, à sensibus externis ceu internuntis & speculatoribus illis nihil novi communicatur: Et sic (abusivè loquendo) quietem agere dicuntur & ferari, quia ab externis organis nullas species percipiunt, quas dijudicent: quàm sæpe enim (bone Deus!) inter dormiendum ab uno singulari ad aliud discurremus: quoties ad universalium tribunal nostris rationibus veri quadam specie adumbratis contendimus, qui tamen nocturnus discursus, cum universalium cognitio non cadat in potentias organo corporeo affixas, non est facultatis imaginativæ, sed intellectivæ.

XIX. Præterea *omnes exteriores sensus sunt ligati*: Omnes scilicet quotquot animal habet: in talpa enim non potest visus ligari: quia (proprie dictum) visum non habet: Vide Arist. libr. 1. de hist. anim. c. 9. & l. 4. c. 8.: deinde conclusionem hanc intelligimus de *perfecto completoq;* somno, non de *dimidiato*, qualis *υποβατῶν*, aut leviori quadam ad somnum capeffendum, & quodammodo captum dispositione: semisomnes enim facilè alicujus *ὑπερβατῶν* strepitum recipiunt, quiq; remissiùs perspicuum lunæ illustratum animadvertunt.

XX. Locomotivam cum quiescere diximus probè, ne in errorum præcipitia devolvamur, Junoniq; pro Iphigenia cervam afferamus, sciendum, *eam in completiori somno ferari*. in incompleto functionum munia exercere: quòd autem alii nervi moveant, alii sentiant, *non ad duritiem vel molliem* ceu causam referimus: *sed modum insertionis* in diversa organa diversi effectus causam esse existimamus.

XXI. Sed cum non pauci sese ad spasum usque fatigantes Cleanthis lucerna, ut ajunt, verum indagare sategerint, eò quòd abstrusorum rerum causas non sat feliciter rimari fuerint, ne idem nobis contingat quatuor principes somni causas, *internas ad εἰσῶν, externas ad ὑπερβατῶν* referendo, *ἔνυ* *ἰσῶν* accuratori pupilla contemplantur.

XXII. Inmediatam & efficientem *somni causam* in definitione assignavimus duplicem, (1.) caloris ab exterioribus ad interiora, beneficior

neficio animæ, revocationem. (2.) spirituum animalium retentionem: corpore enim ad quietem composito, animoque à curarum mæandris, cogitationum & discursuum labyrinthis liberato cordis & cerebri functiones labascunt, quia vivifici caloris nectar decedit, quod sensu languoris ex diurna contentione contracti afficitur: unde utrunq; membrum refocillationem concupiscit: cor itaq; ab extremis membris ad suos ventriculos tantum nativi caloris, quantum cerebri refocillationi, novorumq; spirituum productioni necessarium est, revocat: quo auctus multum suavium halituum ex alimento ingesto excitat, qui in cerebri contignationem delati ejus frigiditate condensantur, nervorum radices inbuendo, spiritumq; animale m cohibendo toti corporis ditioni speratum com meatum intercludunt.

XXIII. *Quinimò oppositorum sunt opposita cause*: atqui cum *vigilia somno privativè opponatur*, fiatq; ex caloris ad exteriora sensoria regressu, quid causæ, cur somnus à caloris ad interiora suum principium ab externis sensuum organis revocatione, non oriatur? calor enim, dicente summo medicorum principe, in somno inus fugit; unde exteriora membra frigentia tegumentorum velamine indigent.

XXIV. *Materiale in somni causam statuimus vaporum præsertim durante assumpti alimenti concoctione evaporationem*, quæ à caloris ventriculo insiti actione orta aërea levitate ad cerebri domicilium subvecta, illiusq; frigiditate condensata nervorum radices imbuunt, ut moveri artus ob spiritum subtractum desinant, spiritusque vitalis è cordis sinistro specu in anteriora cerebri palatium non deferatur.

XXV. Estq; hic vapor triplex (1.) *cibalis*, qui naturalis somni est auctor: (2.) *humoralis*; non raro enim vapores ex humorum eluvie elevati in cerebri arcem ascendunt, spiritusq; animales coinquinando consuetorum meatuum vias obstruunt: ceu in nonnullis morbis sole adulto clarius conspicimur: (3.) *ex partium colligamine ortus*: quando enim partes ita continua laboris vel morbi assiduitate atteruntur, ut nativo relicto temperamento alii ingenio sese applicent, nervi cum carne labascunt, fiantq; plus justo subtiles, unde halitus sublevati τὸ ἐγκεφάλῳ μέγαρον petunt, somnumque causantur.

XXVI. Plin.

XXVI. Plin. & Averrhoës materialem hanc causſam, ut quidam loquuntur, negare non erubuerunt ratiunculis, neſcio, quibusdam hinc inde emendicatis moti, quas levioris Aquilonis ſufurrus, ceu ventus penniculum rectorium, diſſlare poterit: nos brevitatis ſtudioſi hic non diu moras neſtemus.

XXVII. Quòd autem *ſomnus ex evaporatione* facilius oboriatur, diſpateſcer ex ſequentibus: nam (1) poſt aſſumtũ cibum ad dormiendum admodum proclives ſumus, quia plurimus aſcendens vapor caput ita aggravat, ut nervi illi ſuſtinendo non ſufficiant: ceu enim vapor cum paucitate vaporum erectionis, ita cum eorundem copia depressionis cauſſa putatur: imò quò major & arctior erit oppilatio, eò profundior erit expectandus ſomnus: unde Philoſ. c. 3. l. de de S. & V., infantulis eorumq; nutricibus primo ætatis ingreſſu uſum vini, eò quòd ſpumofis halitibus ſit plenum interdicit, niſi aqua ſolutum modicè bibatur: ſuperiora enim puerorum plurimis abundant halitibus, adeò ut interdum ebrius ſint perſimiles, quòd larga humoris copia cerebrum confundat: Melancholici noctes ſerè inſomnes tranſigunt, quia prægelida in illis natura vi caloris multum evaporationis producere nequit: (2.) idèò quædam edulia & potiones, ut mandragoræ, opii, lactis, vini, papaveris, lactucæ, amygdalarum dulcium &c. parantur, quæ propter multam evaporationem humenti ſuaviq; halitu cerebrum irrigant.

XXVIII. Idcirco (3.) *nec capitones*, exinde quòd caput magnum exiguo oppleri vapore nequeat, ſed maxima copia requiratur; & parvis venis præditi, quæ elevatis evaporationibus non facilem remeandi præbent deſcenſum, ceu contrà amplitudo venarum facilè ut evaporationem diſſuat præſtat, ab hâc ſorte excipiuntur: (4.) multi ob inediam inſomnes noctes traducunt, qui tamen aſſumpto cibo ceu halituum ſomnum cauſſantium materia facilè indormiſcunt.

XXIX. *Sed de modo*, quo vapor in capite collectus ſomnum efficit, controvertitur: Ariſtot. opinatur ex ingeſto alimento vaporem ſublevari, qui frigidityate cerebri condensatus, in que humorem converſus *Euripi more* ad cor revertendo calorem repellat: nos autem vaporem quidem ad excitandum & facilitandum ſomnum neceſſariò requiri cenſemus, qui tamen ad cordis regiam non retrofluat, quod ſine ſummo ſuffocationis periculo fieri non poſſet, ſed

B

quate-

quatenus caput partim aggravando, replendo, humectando, meatus nervorum obstruit, partim quatenus ob interclusos viarum canales spiritui animali, cui dictum, in organa sensus prohibet influxum.

XXX. Formalis somni causa est ipsa variatio (partialis) sensuum *sepius dictorum & locomotivis*, quæ animatum ab inanimato optime distinguitur: scilicet enim hi exteriores, quod operentur, spiritus animalis influxui acceptum referunt: qui enim consopitus quietem agit nullas aulæorum picturas oculis usurpat, nullos tumultus auribus haurit, nullos sapes lingua percipit: Sensus autem interni licet ab animali virtute non disgregentur, non tamen omnino quiescunt, quod ex insomniorum apparitionibus lippis, imò tonsoribus innouit.

XXXI. Finis primarius est *salus animantium* somno indulgentium: coctione enim peracta quodlibet membrorum sibi conveniens allicit nutrimentum, quo arida membra irrigari & refici possint: quinimò oportuniore tempore initus somnus concoctionem magnoperè juvat, quatenus nimirum per id temporis, quo animal soporatur, retrogradus ad concoquenda alimenta fertur calor omnis concoctionis artifex: Vah, mi Deus, quis cordis esset futurus status, quæ conditio, nisi alternâ coveretur requie? Sanè perpetuis affectuum moribus exaresceret. Conf. Tertull. l. de an. c. 43.

XXXII. *Salus autem hæc* (ut cum grano salis dicta accipiamus) *comitatur somnum moderatum*: quis enim ignorat, immodicum somnum nativum calorem quasi suffocare, vires, quæ alimento uti refocillantur, impuris halitibus ex immodico somno contractis enervare, crudorum humorum & excrementorum copiam in humano corpore accumulare, quæ spiritibus animalibus permixta sensuum officinas inficit, adeo ut his debilitatis organa ipsi sensus cum memoria periclitentur, variorumq; morborum symptomata non raro orientur; verè enim Naso canit:

Infelix totâ quicumque quiescere nocte

Sustinet, & somnos præmia magna putat.

XXXIII. Idem de immodicis vigilis uso venit, quia & hæc Substantiam caloris nativi dissolvunt, vires debilitant, concoctioni perficiendæ reluctantur, bilem in corpore coacervant, sensus mentisq; obturbant: ὕπνῳ, ἀγρυπνίῳ, ait noster Hipp. l. 2. aph. 3. πᾶσι δὲ

τὸ μέ-

ἢ μετρίῃ γενόμενα, καὶ ἐν: aut, ceu loquitur aphor. 71. §. 7. νῆσθαι.
Hinc plerunq̄ nimium lucubrantes κακασίμηχοι reperiuntur, vi-
tæ q̄e non leve patiuntur dispendium.

XXXIV. Secundarius somni finis est, quod vires restituendo vi-
tæ longiorem largiatur metam, quia cum calidi nativi substantiam
recreat, non absunit alienam, sed propagat propriam: ob quam
causam senes siccos natura & cogitabundos longævos futuros levi
conjecturâ allequimur, si nimirum plurimum somno indulgeant,
quia hic eorum somnus humidum radicale auget.

XXXV. Deinde spiritibus refectis, membrisq̄ laboribus antea
exiccatis, jam moderatiore somno humiditatis lassitudini relegatio
annunciatur: ἐν ᾧ ἂν νοσήματι, αἰτῶσθαι divinus Senex aphor. 1. §. 2.
ὄπινθαι πένον πνεύ, γενέσθαι μόν, ἢ ᾧ Φεληῶ Φελίμον. Labor enim
debetur articulis, & carnibus cibis, & somnus visceribus, sic ut à
somno corpora sunt leviora: ita κόποι αὐτόμενοι φελεῖσσι νόσους,
aphor. 5. sect. alleg.

XXXVI. Tertio vacationes insigniores in corpore nostro coercet:
dictum enim antea, ut opinor, satis est, in somno omnes exteriores,
imprimis tactum, ferri, quibus quiescentibus, quidni facultas ex-
pulsrix apprimet etiam quietem ageret: inspicere, si lubet, aphorif. 15.
sect. 4. Hipp.

XXXVII. Hæc fuit dilucida quatuor propinquiorum causarum
explicatio, restant remota, quæ non levem quoque ad concitandum
somnia operam conferunt. Primum autem locum quasi jure suo
quodam Muscus concitus sibi vendicat, deinde axillarum sculptura,
a quarum rivorumque saxo decurrentium murmur, quæ omnia suo
modo calorem ad interiora revocando, leniter spiritum animale
resolvendo, eumq̄ rariori quadam suavitate demulcendo, & quasi
sistendo spiritum hunc à functionum consuetarū exercitio avocant.

XXXVIII. Non parum etiam ad somnum conferunt labor, bal-
nea humida, evacuatio, cogitationum suspensio, solitudo: quia enim
sensus nihil agendi restat, facili se ad quietem capessendam con-
vertunt: à nimis vigiliis, labore, Venere spiritus absorbi, nemo non
affirmat: itaq̄ post ejusmodi rerum excessum calorem externis sen-
sum organo valedicere, propriumq̄ principium revivere probabi-
le maximè videtur.

XXXIX. Deniq; non minimum laudis *tenebrarum opacitati* ascribitur, nec sine rationis ductu, nam tenebræ præstantissimo sensui visus objectum subducunt, mediumq; tenebris obducunt, adeò ut torpescere spiritus animales cogantur, qui magnâ copîâ circa hujus sensus ministerium antè ì erant occupati: ignavescentibus autem spiritibus non possunt non sopiri sensus: perspicui autem illustratio profitando vigiliam, & animales spiritus ad palæstram provocando contraria operatur.

XL. Hinc confectarium emergit, *quòd nocturnus diurno somno multis parasangis sit præstantior*: quippe qui naturâ sic disponente concoctionem non saltem fideliter incipit, sed & feliciter ad finem perducit, & excrementa convenienter expellit: quod breves diurni somni non exequatur.

XLI. Sed cum contraria contrariis dignoscantur, somni nocturni nobilitas ex diurni incommodis clarius perspicui potest Arabum antesignanus duas causas proponit, cur somnus diurnus, & præcipuè meridianus admodum in vigore ætatis constitutis noceat: (1.) *quòd antè congruum illum interrumpendi necessitate teneamur*: calor enim natus per somnum ab exterioribus ad interiora revocatur: contrà verò solis calor illum tanquam sibi affinem elicere allaborat, eumq; tandem ad exteriores artus revocat: inde spirituum noxia exagitatio, & mutus cietur conflictus. Unde medicis tribus consulit, ut si fortè interdiu ad somnum necessitatis telo icti rapiamur, in tenebriorem locum secedamus, ne vim solis in extrahendo nostro calore perentiscamus. (2.) *consequens illa caloris interni ab externo revocatio*, naturâ quasi attonitam & stupidam reddendo maximam saluti vim infert: quod Medicorum auctoritate confirmatur.

XLII. Deinde segnem pigritiem somnum hunc comitari experientia probat: nam ex inconcocto alimento plurimi è ventre vaporosi exhalant halitus, qui ad cerebri tentorium elevati, plus justo illud humore irrigant: quo humectato, nervi, qui per totum corporis ambitum disseminantur, copioso replentur humore: exuperantia insuper, teste Curione, quæ ad musculos, arterias, tendines fluere solet, humorem adauget, ut necesse sit ejusmodi somnum corporis pigritiam subsequi, ut homo in se veluti dissolutus appareat.

XLIII. *Δεχθην* somni duplex perhibetur, *remotius* & *propinquius*

quius. Remotius subjectum est omne animal, quia somnus est affectio corporis, non cujusvis, sed animati: est affectio communis sensus, atqui omne corpus tali sensu præditum esse quis Philosophiæ tyro assereret? Solius enim animalis caput benignis vaporibus replentur, quia solius animalis vires per somnum (non lapidis) recuperantur, idq; somno ad operationes habilis redditur.

XLIV. Ex quo alterum fluit, somnum nitidum omnibus animantibus (non plantis) tam gressilibus, quàm volatilibus, tam malacis, quàm silicem crustam habentibus, ut ostracodermis, Conchiliis, ostreis, quæ licet capiantur sine oculis, nihil tamen obitat, quò minus somno participant, communem esse: sicuti enim ad vigiliam non requiritur solorum oculorum functio, (conchilia enim & ostrea, idq; genus alia vigilant, licet oculis sint orbata) ita ad capessendum somnum non solius visus privatio, sed omnis exteriorum, si adsint, sensuum ligatio est necessaria.

XLV. *Proximus somni subjectum* è communi Medicorum suffragio *cerebrum statimus*, quod non saltem principale membrum est, sed & in somno primario afficitur, cum primario sensuum operationem exerceat.

XLVI. Arist. autem somnum *cordis non cerebri* putavit affectum, hæc motus præcipua ratione, quòd calorem à corde noctu ad cerebrum concamerata conclavia non pervenire, sed infra cerebrum sisti opinatus fuerit: quod si verò non absolum quis animal ob cerebrum somno indulgere diceret, cum propter subtractum calorem spirituumq; vitalem examine concidat? qui, quæso, per somnum cerebrum longè feliciter spiritus animales recreat, atq; interdum, si caloris jacturam facit? cur interdum durante somno sensibili tactu caput fervidum animadvertitur, si calor prorsus è cerebro ad cordis abyssus relegatur? Vide disp. D. Erasmi th. 48. cum seq.

XLVII. Quòd autem solidioris Philosophiæ Phoenix c. 2. l. de S. & Vig. πάντα τὰ ἐν αἵματι καὶ φησὶ τὰν ἔχειν, ἢ ἀρχὴν ἢ τὸ κινῆσεως καὶ αἰσθησεως: non statim cor sensuum interiorum organon esse ex hoc loco convincitur: rectissime enim asseverat, cor esse primum sensus principium: minus autem rectè ex hoc inferes, Ergò cor est illius organon. Philos. itaq; dum statuit animalium operationum originem esse cor, principium communissimæ respicit facultatis, seu prin-

cupium fontendi remotius, quatenus è cordis spiritu vitali per arterias in cerebrum delato animalis preparatur: Gal. verò proximum istius functionis principium & organon doctè in cerebri collocat tentorio.

XLVIII. Ne autem intempestivo tempore nos somno dedamus, corporique non paucas pregnantes plagas accersamus, paucula de laudabili ejus usu sunt monenda. Ille jubet: *ὅταν κόσμῳ τὸ ἐαυτῶ ὄμμα κλείει, σὺ κλείει τὸν σαυτῶ ὀφθαλμὸν.* Mundi autem oculus est Sol. Ergò somnus post Titanis occatum non diu differendus, (ad minus unius, aut duarum horarū spatio interjecto) ut cibus ad ventris fundum subsidat: (2.) allaborandum est magnoperè, ut non nihil erecto capite, somnus ineatur: si enim depressius cubemus, metus adest, ne cibus ad orificium regurgitet: sin paulò altius, commedius ad fundum, in quo concoctio peragitur, deprimatur: (3.) cavendum ne tumultuosa ab illo fiat expergesactio. Vide thema 4. (4.) ciborum vitanda diversitas: unde diversi humores corpori non levem molestiam faciescentes: (5.) os claudendum, quia diductis labiis somno indulgere admodum est nocivum: fistulosus alioquin pulmo ex aspera arteria obvium aërem, qui noctu est impurior, allestat, quò spirandi canales infectu raucedinem vocis concitant: occluso autem ore non confertim, sed paulatim per narium spiracula aër in pulmonem descendendo cordis æstum temperat: qui autem cohibitis labris somnum capiunt, minus dilatatis faucibus siti torquentur: his enim ob calidioris halitus irruptionem lingua cum palato exarescit: (6.) ipsa parens rerum tibi tres & quatuor horas destinat: hæc iusta temporaneitas erunt.

XLIX. Hactenus divinã ita fortunante gratiã *de somni causis, sine tempore & usu diximus: jam de vovτερεσι paucula acceptabimus.*

L. *Noctisurgium* autem est motus animalis hominum potissimum juniorum biliosorum è strato se erigendum, passim in sopore discursantium, miratq; admodum condigna architectantium, spirituum limpiditate fortiorisq; imaginationis virtute ad à phantasia representatorum executionem productus.

LI. *Concretum* (νοχόβατης) duplicis est acceptationis: (1.) γενεῆς, pro omni illo, qui licet dormiendo non admodum discursifit.

fitet, interim tamen lecto adhærescens clamitando, lacrymando, dif-
ferendo plurimum juxta dormientibus molestiæ faciescit: ceu in
ὄδωμοις, mitis, & ardetionibus experimur: (2.) εἰδὴνῆς, pro ta-
li affectu, qualem præcedente thesi descripsiōus.

LII. *Est motus animalis*: non planè voluntarius: licet enim lo-
comotiva tempore somni ἐν νοσῶσά τῆς sui officii penitus oblita
non sit, quod viæ, per quas cerebri facultas pectori & reliquis artu-
bus motum largitur, sint latiores, quàm illæ, per quas in externo-
rum sensuum officinas dilabitur, imò musculorum opera, qui motus
voluntarii dicuntur instrumenta, peragatur: non tamen ob hanc
causam voluntati ascribendus est, neq; ad ἀεγαίρεσιν, (quæ inter-
diu viger) & rationis dominium referendus, sed ad ὄρεσιν, quæ no-
ctis tempestate suas operationes obis, cœcumq; phantasiæ impetum
ablegandus: sin autem in noctambulionibus ἀεγαίρεσιν, umbram
quasi somnium aliquod seu remotius principium quis statuit, non
refragabimur.

LIII. Porro dictum *hominum juniorum*: ubi hunc affectum re-
spectu variarum differentiarum, & discrepantis temperamenti di-
stingui debere notandum: juvenibus magis atq; senibus hic hostis
insidiatur, præsertim illis, qui corpore sunt graciliore & agiliore
habitu sunt præditi, nec non spirituum, nativiq; caloris nectare ple-
nius perfusi: viri potius ob animi constantiam, ætatisque vigorem
nefarii hujus post correctæ latitantis insidiatoris machinationes elu-
dunt: senio confecti ab hujus affectus sævitia ob spirituum defe-
ctum, sanguinisq; subsidenciam longè omnium sunt tutissimi.

LIV. *Cholerici* autem, uti supra relatum, præsertim illi, qui non
ab humoris aliquo prædominiō, sed nativō τῆς ἡρόσεως principio
tales evasere, apprimè hoc morbo torquentur: his enim calidiorem
& sicciorem cordis δὴδῆσιν cum, filia Jovis, natura concesserit, cu-
jus constitutionem reliqui humani corporis artus æmulantur, calo-
re ebullientis sanguinis, mobiliq; spirituum agilitate totum corpus
ad obeundas functiones promptum evadit, animumq; audaculum &
temerarium reddit.

LV. Salius, referente D. Tandlero, ad sudorem usq; ad laborans
Melancholicos Cholericis ad hunc affectum procliviores esse con-
tendit.

tendit: sed nescio, an cum fructu verum indaget? annon enim crassus, nubilosus, fuliginosusq; humor crassos proferet spiritus? Spiritus autem non nubilosus, sed agiles corpus elevat: melancholicorum autem corpora admodum sunt gravia: si assensum suspendis, experimenti eam facile confirmabis. Sanguinei rarius in turbulentissimas *in vixit vegetas* discursationes incidunt, quia sunt pacatoris animi spiritibusq; minus irrequietis fruniscuntur. Phlegmatici nunquam vel rarissime hujus symptomatis sortem experiuntur, quia ob torporem corporis ad motum sunt inhabiles.

LVl. Nonnulli *vixit vegetas* causas rimantes, illas partim ministerio bonorum, partim insidiis malorum geniorum ascripserunt: nos quidem nullatenus inficiamur, miseris illis nocturnis peculiariter angelos adesse, qui eos ab imminentibus periculis monitis tueantur & conserveat: utpote cum D. Petrum somno sepulchrum, somnatisque quasi inebriatum e carceris custodia eductum ministerio Angelico lectitemus: daemones interim versutam fallaciam ebrios nequam, Venereos nepotulos, interdum per fluminum cryptas, maris syrtis, & alia satis periculosa loca, non raro cum vita jaetura (peioris finis gratia) circumductare non diffitemur.

LVII. Sunt autem *noctiforgii vel precedentes vel consequentes cause*: illarum prima est spirituum limpidorum claritas sanguinis effervescentiae conjuncta: sicut enim in vigilia subtilior animalis spiritus admodum facilis est ad functionum munia exequenda: ita idem spiritus (ceu placet Philof. Gedan.) in somno rerum imagines clarius discernendo eas ceu veras, imaginationi representat, facitq; ut dormitantes eadem sedulitate, qua alias vigilantes, phantasiae indulgeant, ut omnia tam operose exequantur, ac, etiam si vigilarent, nunquam exequerentur: Spiritus itaque hi clariores corporis habitum rariorem efficiunt, audaciaq; animum imbuunt, instar vesicae flatae iurgidae, quae a ludibrio ventorum facillime quoquo versus impellitur: exinde nychobatae parvae plerunq; sunt statuae, cui fortior vis spirituum est coadunita.

LVIII. *Secunda causa est fortior imaginativa facultas*, quae limpidiorem imaginacionem ab animalibus spiritibus ostensam praesens considerat, ita ut sese ex concepto simulachro extricare nequeat, sed illud sibyllinum folium aurumet: dum autem subrilioris illi
spiritus

Spiritus circa tenacitatem imaginationis occupantur, assidua motio-
ne quasi incalescunt, & more spiritus in sale aut castanea contenti,
atenuantur, majus spacium desiderant, relictisq; interioribus ad ex-
teriora retrocedunt: licet autem humore nervorum radices obstra-
antur, nihilominus levissimus spiritus interiorem medullam (quæ to-
ta est *σπογγώδης*) cur non pervadet, cum ossa alimentum, cutem
sudor & crassiora excrementa absq; ulla laboris molestia permeent?

LIX. Accedit, quod anima, *quæ nunquam otiosa*, ab objecto
imaginatrici potentie oblato ad operandi actum vocetur, cumq;
profundior illa imaginatio (intensivè) diutius circa speciem conceptam
commorando alia negligat, appetitui eam offert, quæ cum ad me-
lius anhelet, deterius verò aversetur, facultatem motricem, prout
repræsentatorum est facies, incitat, quæ voluntarii motus organis,
ceu herafamulis, imperat, ut ad motum se præparent, imperatisq;ue
satisfaciant: exinde profundissimo somno correpti ægri cum impe-
tu surgunt, tigna ædiumq; tabulara perreptant, ædium fastigia sine
scalarum adminiculo superant, inò opera vigilantibus præstita
difficilima exequantur.

LX. *Consequentes causas* varias è naturæ gremio promere licet,
præcipuè verò ex 6. rebus non naturalibus dictis, ex aëre pluvioso,
cibis vel humectantibus vel bilem generantibus, cibis & haustis fla-
rum moventibus, ut pisicis, fabis &c. excessu vigiliarum, sollicitudi-
num soporem antevertentium, intensioris corporis & animi motus,
alvi obstructionum, *δυσνοείας* cerebri &c.

LXI. *Finis somnambulationis est ut imaginatrici potentia sibi ejus-
modi proponenti satisfaciat*, licet temerè & sine judicio tali morbo cor-
repti hinc inde divagentur: unde nyctobata præsentis discriminis
inseci *ἀνδρ. κινδύος* omnia superant, quod sensus eorum minus à cir-
cumstantibus tenebris distraherentur, quia mens uni objecto intenta
variorum diversitate non turbatur: quia (2.) spiritus animales in ex-
terioribus cum sint, officium exactius præstant: quia (3.) nullo me-
tu ista aggrediuntur non secus ac funambulones, qui per tensum ab
una ad alteram turrim funem impune, beneficio vectis, evadunt, &
petaurista, qui ælulorum more erectam perticam ascendere edocti
mira spectacula non sine intuituum stupore præbent: nisi nominis,
quo Christianismo insigniti, auditu spiritus ad interiora revocentur.

C

XLII. Si

LXII. Sicut igitur turbinata dolia, ut nauclerus Syrtis, Scyllam & scopulos evitando commodius portum assequatur, in Albis & Oceani superficie fluitant, nec, licet ferratis laminis obducta ingentiq; lapidi sint alligata, fundum, nisi dehiscant, petunt, quia aëre, adhibitis in eum usum follibus, sunt referta: ita nychobata nocturnis horis fastigiatis ædium culminibus involitant, quoniam spiritibus turgescentes extremis manuum, pedumq; articulis, ceu loquitur Lemn., aliquidprehendunt, tignisq; se fulciantes contactis tabularis adhærescunt.

LXIII. Spiritus autem *ὑποβάλλας* vegetiores reddunt, ut quasi mediis inter dormientes & vigilantes statuatur: si enim simpliciter dormirent, ad interrogata non responderent: si vigilarent, dementes operationes sibi in memoriam revocarent.

LXIV. Si autem corpus nostrum ad *ὑπερπερισσὴν* proclive esse conjecturâ assequimur, præservationem & curationem Medici expedient.

LXV. *Ecstasis est affectus*, seu talis sensuum externorum ad interiora conversio, ut nec passio corporea, nec animales vel vegetatives functiones percipiantur, & imaginatrix facultas officio supersedens peregrina & altiora consideret, quàm sensuum captus assequi possit.

LXVI. Definitum sumitur (1.) *γενικῶς*, pro quavis rei à natura sua in aliam degeneratione: (2.) *ειδικῶς*, pro animi è corpore ad cœlestia raptu: quæ posterior significatio duplex est (1.) pro totali Ecstasi, quæ divinatori *δυνάμει* contingit: nullum enim proprium à suis (*ὡς πρῶτως*) subjectis, illis salvis existentibus, potest se jungi, ut naturales non exercent facultates, nisi à divinatori principio: qualem Ecstasim Protoplastæ nostro à DEO immisissam fuisse, cum ex costa ejus Eva crearetur, adeo ut ipse Adamus secretiora vi sancti spiraculi mysteria cognoverit, inquit: Hæc est caro de carne mea, & os de ossibus meis. (2.) pro partiali Ecstasi, in qua non omnino cessat phantasia functio, sed intellectus se vi naturæ ita ad sublimiorum rerum considerationem applicat, ut à sensuum functionibus avocetur: ideoque ad hanc unius aut plurium, ad illam omnium sensuum & facultatum requiritur ligatio.

LXVII.

LXVII. Quoddam *incubus* non solum animalibus, sed & naturalibus facultatibus sunt orbat, dispatescit ex affectibus, quibus efficiuntur: nam non solum imprans & incenati jacent, sed nec cordis motus, nec arteriarum (quod miratu condignum) pulsus animadvertitur, adeo ut pro mortuis non raro habeantur, quia & *ψυχῆς* & *ζήσης*, quæ durante somno ad inferiores potentias declinat, in hoc affectu ad altiorem intellectus *δύναμιν* rapitur, reliquis desideribus existentibus: nimium enim se recolligit, ut cæterarum facultatum munia despiciatui habeat. Nunc de incubo, præludio Apoplexiæ & Epilepsiæ.

LXVIII. *Ephialtes* est depravata functio imaginatricis, objecti premendo suffocantis, vocem cum respiratione intercipientis, torporem & motum diminutum causantis proveniens à crasso vapore sursum ascendente, suoq; infarctu liberum spiritibus transitum per nervos negante.

LXIX. Est ergo *incubus* *symptoma*, non *morbus*, & quidem sub primo *symptomatum* genere, nimirum sub actionibus læsis, & tertio læsæ actionis modo: Dicitur *δοξὸν τὸ ἐφιάλτης*: ab insiliendo. Germ. *der Albt/ das Schrecken/ das Nachträtsen/ die Mahre/* quod nonnulli scilicet à strige quadam se nocturnis horis premi sibi persuasum habeant: qui tamen insigniter errant: quæ enim quibusdam remediorum præsidii hic hostis è statione sua dimoveri quiret? cur solis in dorso cubantibus contingeret? cur non potius circa noctis finem, & secundâ finitâ concoctione incubo premeremur?

LXX. Partem affectam cerebrum esse demonstrat læsio animalis actionis, tam sensitivæ, quàm imaginativæ & locomotivæ: omnis enim sensus & motus à cerebro seu facultatum animalium sede & nervorum principio proficiscitur: Sapius autem per *σπυρταίσιον* præcordiis & diaphragmati in hoc affectu afficitur.

LXXI. Causæ Incubi sunt triplices, quædam *περὶ τὰ ἔξωθεν*, seu externæ: quædam *περὶ τὰ ἐπίσω*, seu internæ: quædam *συνεχόμεναι*, proximæ & conjunctæ.

LXXII. Inter externas meritisimo jure refertur aër crassus, frigidus, Venus & somnus statim à cibo, alvus adstricta, crapula, usus crassorum ciborum, supinus decubitus: quo quædam non solum

provocatio materiae ad nucham & posteriora cerebri, sed & compressio cordis & pulmonum contingit: tali enim decubitu spina medullaris, & illa, quae ipsi est vicina sunt, cor propius attingunt, e- jusque liberum motum quodammodo impediunt: Hoc autem im- pedito sine difficultate copia halituum circa cor colligitur, ut totus thorax inde prematur.

LXXIII. *Causse interna sunt humores vel τῆ ἀπεψία, vel κρυ-
ζουμένης provenientes*, è quibus deinde crassi propullulant vapores: quam enim, quaeso, aliam rationem redderes, interrogatus, cur ver- nalis horis nonnullos frequentius Incubo vexari conspiciamur? nisi ad ἀπεψίαν confugeris, & incoctos brumalibus horis collectos ante à latentibus, humores vires exerendo adeò ventriculum labefacta- re dixeris, ut humorum concoctioni impar evaserit, & crassas exha- lationes in caput, cerebrum, thoracemq; emiserit.

LXXIV. Ex κρυζουμένης quòd γερστω defumat, patet: quia post affluentem satietatem copiosior sanguis, & spiritus minus defæcatus in cor, pulmonum fistulas, thoracis venas & cerebrum ascendit, ter- rificumq; spectrum concitat, & quia parva in somno magna appa- rent, eluso phantasiae sensu ejusmodi superinjecta mole se premi cen- sent, lemuresq; mole molestiam exhibentes excutere gestiunt: hinc illae lacrymae! hinc suspiria! non tamen soporem interrumpere pos- sunt, quia fuliginosiore sanguine illo pectoris muscoli cum tendini- bus obstruuntur: nisi proprium nomen illis acclametur.

LXXV. *Conjunctam causam* in definitione diximus esse vapores *or-
as* à prædictis humoribus, à cibo, nimio potu, elevatos, qui spi- rituum vias obstruendo morbosum hunc affectum efficiunt.

LXXVI. Signa diagnostica ex difficili motu: ab alicujus rei in- vadentis oppressione, suffocationis imaginatione, vocis cohibiti- one anxietati copulata: prognostica, à nulla futura, si quis vel diata tenuiori utatur, vel lateri incumbat, ab incubo molestatione desu- muntur.

LXXVII. Jam methodi series, ut curationem paucis attingere- mus, postulat: ad quam indicationes nos deducunt: Omnis autem curatio cum per contraria fiat, indicationes etiam consilium Medi- ci, prout res tulerit, mutabunt. Sed si illam quis plenius scire desi- derat, Practicos consulat: nos hæc digittum intendisse sufficiat.

ΕΠΙ

ΕΠΙΣΑΓΜΑΤΑ.

I.

Cur gallus gallinaceus certis nocturnis horis cum alarum plausu cantillat? an causam in propriam domestici istius oscinis temperaturam referendam putabis? at qualis illa, inquit quis, temperatura? an non talis, quæ tam à peculiari solis influxu, & sensibili aeris mutatione (cum circa solis exortum enixius galli cantent) quàm à calidiori & tenuiori ejusmodi avis sanguine ab aere alterato oboritur? Sanguis enim, ubi quandam alterationē est perpeffus, omnes halitus in venis & musculis concitare creditur: quos cum gallus dissipare gestit, alarum cum plausu, instar pandiculantis ejusdam, erecto gutture cantillat.

II.

An anima in Ecstasi planè corporee gredi possit? Negatur.

III.

An Opiata sensus possint vincire? Affirmatur.

C 3

An

IV.

An Adamus in statu integritatis somnū cepisset? Affirmatur.

V.

Utrum ribe siis aut cerasis ante vel post cibum vesci valetudini sit consultius? D.

VI.

An idem nomine affectus tanquam morbus & ut symptoma definiri possit? Affirmatur.

VII.

An somnus Epilepsiæ quædam sit species, cum Arist. libr. de Somno & Vigilia ὑπνον ὁμοιον τῆ ὄσπιλήψει, vocitet? N.

VIII.

An omnia somnia sint ὄσπιμα? Negatur.

IX.

An Draco volans, qualis nuper hic fuit conspectus, sit meteoron ignitum? A.

X.

Utrum largius coenandum, an prandendum? D.

XI.

An illud semper verum sit, *Appetitus est optima mensura assumendi nutrimenti?* N.

An ali-

XII.

An aliquis in declinatione morbi mori
possit? A.

XIII.

An Curatio fiat per contraria. A.


XIV.

Dextrum an semper nobilius sinistro. D.

XV.

An amaror semper nascatur à calore sic-
citati conjuncta. A.

An plura, quàm quinç; , dentur prædi-
cabilia. N.



Ornatissimo doctissimoq; Juveni Viro,

DN. HENRICO STARCKEN,
Hervordiâ - VVestphalo.

P*Hæbi delictum, Musarum gloria STARCKI,
Præclari soboles indubitata Patris:
Somnia fallaci quem non sub imagine ludunt,
Dente nitens Lybico qualia porta refert?
Tunc sibi quis sumit, penetret quibus aëra, pennas
Alter in undivago fluctuat ecce salo:*

Hic


Hic strages edit: cursu contendit at alter:
Sapè quis in se hostes irruere inde putat:
Hic lacrumat; ridet; convivia lata celebrat:
Esurit: affectat grandia, moxq̄, cadit:
Incubus huic magnâ stringit præcordia mole,
Seu morbus, genii lusio sitvè mali.
Singula quid referam? tu, doctè HENRICE, quid
Hic sit,
Conaris doctis tradere lemmatibus.
Perge ita! clarorum te turba Fama virorum
Inseret, & laudes commemorabit anus.

Johannes Simonius, Rhet. P. P.
& Facult. Philosophicæ p. r. Senior.

Militis est fortis, Mavortia fortiter arma
Stringere in hostilem, quæ captat prælia, turmam:
Tu probus & fortis miles, doctissime STARCKI,
Prælia qui cæptas non Marris at artis: Apollo
Hos luctatores lauru magnoq̄ brabeio
Ornat: sic pergas: Studiosi fungere Spartâ,
Et reliquis, forsan somnus quos occupat altus,
Alluceto facem vigili vigilanteq̄, Somno,
Ut linquant somnos & dulcis strata veterni.

αὐτοῦ ἑξ ἑστί f.

JOHANNES HOUTHO
Hervord,





ΕΠΙΣΤΑΓΜΑ

I.

Cur gallus gallinaceus ce-
horis cum alarum plausu ca-
causam in propriam domest-
nis temperaturam referenda
qualis illa, inquit quis, temp-
non talis, quæ tam à peculiari
& sensibili aeris mutatione (c-
exortum enixius galli canten-
diori & tenuiori ejusmodi avi-
aere alterato oboritur? Sang-
quandam alterationē est perp-
halitus in venis & musculis c-
ditur: quos cum gallus dissi-
rum cum plausu, instar pand-
dam, erecto gutture cantillat.


II.

An anima in Ecstasi planè
di possit? Negatur.

III.

An Opiata sensus possint
firmatur.

C 3



arnis
an
osci-
? at
an
uxu,
solis
cali-
e ab
ubi
nes
cre-
ala-
jus-

gre-

Af-

An